

sunt^y, Iudeorum scilicet et^z paganorum, Arrianorum et Arabum. Quinto loco „sedes“⁷⁴ ponitur^a, hoc est generalis ecclesia, de qua viri spirituales^b accensi^c zelo egrediuntur, ut secundum Babilonis scelera suas plagas effundant. Quinto igitur prelio conflictus ecclesie terminatur. Quod^d autem sequitur in sexto sigillo, quasi alterius seculi novitatem videre est. Primum itaque tempus apostolorum^e fuit, secundum martirum, tertium doctorum, quartum^f heremitarum et^g virginum^h, quintum generalis ecclesie. Sane sextum tempus ad iniquorum reservatur iudicium, in quo tamen Israeliticus populus convertetur ad fidem, mediante aliqua^h pace inter duas novissimas tribulationes, in quibus sexti sigilli duplicatur apertioⁱ. Sicut^k enim quondam, Babilone percussa, edificata^l est^l Ierusalem vetus^m in angustiaⁿ temporis⁷⁵, nec longe post secuta^o est Antiochi seva perniciēs^p, ita et^q nunc simile aliquid tempore sexto fiet^r. [Distinctio^s temporum ecclesie de gentibus et iterum de V vel VI ordinibus fidelium^s] Tempora igitur apostolorum^t et martyrum usque ad Constantinum^u Augustum; tempus doctorum et vitam ducentium solitariam usque ad Karolum famosissimum principem; tempus monachorum et clericorum ab eodem principe^v usque nunc^w. Tempus tribulationis magne ecce appropinquat omnimodo. Cum dicitur pax et securitas⁷⁶, quasi turbo consurget. Sex igitur etatibus mundi comprehenditur temporalitas; sex^x temporibus etas mundi sexta^y comprehenditur pari sensu^x.

y) folgt ut AC. z) fehlt E. a) prima D. b) sapientes B. c) fehlt AC.
 d) Mundum B. e) folgt sive pastorum D. f) folgt contemplantium scilicet E.
 g) anacoritarum monachorum E. h) aliqua E. i) operatio DE. k) Sic D.
 l) edificatur AC. m) folgt in angustissima tempora vel AC. *Der Kopist der Vorlage dieser Überlieferung gibt hier beide möglichen Lesungen des ihm vorliegenden Textes, vielleicht indem er eine Korrektorglosse vel in angustia temporis in seinen Text hereinnimmt.* n) artissima tempora D; antiquissima tempora BE. *Die Lesarten m und n zeigen, daß beide Textüberlieferungen (AC und DE, vielleicht mit einem dritten Typ B) auf Archetypen zurückgehen, die gemeinsame fehlerhafte Verlesungen ihrer korrekten Vorlagen haben, wobei in diesem Fall nur eine Korrektorglosse in der Überlieferung AC den richtigen – durch Dan. 9,25 gesicherten – Urtext beider Versionen bewahrt.* o) persecutus A; secutus C.
 p) sevi (BE) spernicies B; furor sive perniciēs AC. q) etiam B. r) folgt per antichristum D. s-s) fehlt ABCE. t) folgt sive pastorum D. u) Constantium B. v) tempore B. w) folgt vel ad AC. x-x) *Diese Wortstellung bieten ABC. Die Hss. DE stellen um: Sexta etas mundi sex comprehenditur pari sensu temporibus. Da die abweichende Wortstellung beider Überlieferungen sich nicht mehr durchgehend feststellen läßt und eine Doppeledition nicht möglich und sinnvoll ist, sei nur dies besonders klare Beispiel notiert.* y) sextam C.

⁷⁴) Apoc. 4,6.

⁷⁵) vgl. Dan. 9,25.

⁷⁶) 1. Thess. 5,3.